

sus. xx. dierum desertis ad proximos æthiopus: atq; ubi iterum senserit hominem profilit fonte ut ue-  
 ri similia est illo quem nigrin uocauerunt. inde africa ab æthiopia dispescens etiam si non protinus po-  
 pulis: feris tamen & beluis frequens: siluarumq; opifex medios æthiopus secat cognominatus astapus  
 quod illarum gentium lingua significat aquam e tenebris profluentem. Insulas ita innumeras spargit  
 quasdamq; tam uestæ magnitudinis quamq; rapida celeritate ut tamen dierum quinque cursu non bre-  
 uiore transuolet. circa clarissimam earum mercen astabores leuo alueo dictus: hoc est ramus aquæ ueni-  
 entis tenebris. Dextra uero astusapes: quod latentis significationem adiicit. Nec ante nilus q; se totum  
 aquis concordibus rursus iunxit. Sic quoq; etiannum gyrifantes nominatus per aliquot milia & in to-  
 tum Homero ægyptus: aliisq; triton. Subinde insulis impactus totidem incitatus irritamentis. postre-  
 mo inclusus montibus nec alibi torrentior uestus aquis properantibus ad locum æthiopus: qui cata-  
 dupi uocantur: nouissimo cataracte interocculantes scopulos non fluere imenso fragore creditur: sed  
 ruere. postea lenis & con fractis aquis domitaq; uiolentia: alioquin & spatio sessus multis quis faucibus  
 in ægyptum mare se euomit. Certis tamen diebus auctu magno per totam spatiatus ægyptum scæ-  
 cundus innatat terræ. Causas huius incrementi uarias prodidere: sed maxime probabiles ethesiarum  
 eo tempore ex ad uerso flantium repercusu ultro in ora octo maris. aut hymbres æthiopiæ æstiuos iis-  
 dem etesii nubila illo ferentibus e reliquo orbe. Timæus mathematicus occultam protulit rationem  
 Phialiam appellari fontem eiu: mergi q; in cuniculos ipsum amnem uapore anhelantem fumibus cau-  
 tibus ubi conditur. Verum sole per eos dies comminus facto extrahi ardoris ui: & suspensum abunda-  
 re: ac deuoretur abscondi itaq; euenire a canis ortu per introitum solis in leone contra perpendicularum  
 fontis sydere stante: cum in eo tractu absumentur umbre. Plerisq; e diuerso opinatis largiorem fluere  
 ad septentrionem sole discedente: quod in cancro & leone. Ideoq; tunc minus siccari. Rursus in capri-  
 cornum & austrinum polum uerso sorberi: & ob id parcius fluere. Sed Timæo si quis extrahi posse cre-  
 dat umbrarum defectus iis diebus & locis sine fine abest. Incipit crescere luna noua quæcumq; post sol-  
 stitium est sensim modiceq; cancrum sole transeunte: abundantissime autem leonem. Et residet in ult-  
 tesimo die. Cum crescit reges aut præfectos nauigare eo nefas iudicatum. Æ Auctus eos per puteos mē-  
 suræ notis deprehenduntur iustum incrementum est cubitorum. xvi. Minores aquæ non omnia rigāt  
 Ampliores detinent terdius recedendo. Hæ ferendi tempora absument sole madete. Illæ non dat sili-  
 ente. Vtrumq; reputat prouintia. In. xii. cubitis famē sentit. in. xiii. etianum esurit. Xiiii. cubita hilarita-  
 tem afferunt. xv. securitatem. xvi. delicias. Maximum incrementū ad hoc æui fuit cubitorum. xviii. Clau-  
 dio. principe. Minimumq; pharsalico bello: ueluti necem Magni prodigio quodam flumine auersante.  
 te. Cum steteret aquæ apertis molibus admittuntur. Ut quæq; liberata est terra: seritur. idem ænis unus  
 omnium nullas expirat auras. Ditionis ægypti esse incipit a fine æthiopiæ syene: ita uocantur insula. c. m.  
 p. ambitu. i qua ceraftia sunt latere arabia & ex aduerso insula. iiii. phile. d. c. mil. p. & a nili fixura: un-  
 de appellari diximus deltam. Hoc spatiū edidit Artemidorus: & in eo. ccl. oppida fuisse. iuba. cccc. m.  
 passus: Aristocreon ab elephantide ad mare. d. ccl. mil. pas. Elephantis insula ista nouissimum cataractē.  
 cccc. mil. pas. & supra syenem. xvi. mil. habitat. Nauigationis ægyptiæ finis ab alexandria. d. lxxxv. mil.  
 p. in tantum errauere supra scripti. ibi æthiopiæ conueniunt naues. Nāq; eas plicatiles humeris tranffe-  
 runt quotiens ad cataractas uentum est. A egiptus super cæteram antiquitatis gloriam. xx. m. urbium  
 ibi amase regnante habitata præfert. Nunc quoq; multis etiam si ignobilibus frequens celebratur tñ  
 apollinis: mox leucothoe: & diospolis magna. Eadem thebe: portarum. c. nobilis: fama copiosa indica-  
 rum arabicarumq; mertium nilo proximum emporium. Mox Veneris oppidum: & iterū iouis: ac ten-  
 tiris: infra quod abythus Mēnonis regia: & Osiris templo inclitum. vii. dierū itinere in libyam remotū  
 a flumine. Deinde ptolemæis & panopolis ac Veneris iterum. Et in libyco lycon ubi montes finiunt  
 thebaidem. ab iis oppida Mercurii: alabastrū canum: & supradictum Hercules. Deinde arsinoes & iā di-  
 cta mēphis: inter quā & arsinaiten nomon: in libyco tures quæ pyramides uocant. labyrinthus in my-  
 ridis lacu nullo addito ligno ex ædificatus: & oppidum crialon. Vnum præterea intus & arabia: con-  
 terminum claritatis magnæ solis oppidum. Alexander. Capi. x.

Leuco  
noe

**S**ed iure laudetur in littore ægyptii maris alexander a magno alexandro condita. in africa  
 parte ab hostio canopio. xii. mil. pas. iuxta mareotim lacum: qui lacus antea arapotes nomi-  
 nabat. Metatus est eam Dinocrates architectus pluribus modis memorabili ingenio: quin-  
 decim milium passuum laxitate inserta ad effigiē macedonicæ chlamydis orbe gyrato. la-  
 ciniolam dextra leuaq; aguloso pro cursu: iam tum tamen quinta situs parte regi dicata. Mareotis a-  
 cus ad meridianam urbis partem euripo a canopico ostio mittitur. ex mediterraneo commercio. insu-  
 las quoque plures amplexus. xxx. mil. pas. traiectu. dc. ambitu ut tradit Claudius Cæsar. alii scenos in  
 latitudinem patere. xl. faciunt: scenumq; stadia. xxx. ita fieri longitudinis. cl. mil. pas. tantundem & la-  
 titudinis. Sunt in honore & intra decursus nili multa oppida præcipue quæ noia debere ostiis nō omni